SPANHEMII NOTAE MSS.

IN AESCHYLI AGAMEMNONEM.

Ad argumentum fabulae.

Athen. D. VIII. p. 358. E. de Antiphane ἐν Βουταλίωνι, ὅπερ δρᾶμα τῶν Ἀγροίκων ἐστὶν ἑνὸς διασκευή. Casaub. Anim p. 624. Moris fuit et Comicis et Tragicis poëtis idem argumentum in plures fabulas dividere, quas uno communi nomine inscribebant Sic laudatur Sophoclis Ὀρεστεῖα vel Ὀρεστιάς· item ἡ περὶ Ὀδυσσέα πραγματεῖα. Similiter Antiphanes Comicus plures fabulas affinis argumenti docuerat titulo Ἀγροίκων, cet. Agamemno una e Tetralogia Aeschyli, dicta Orestias, nempe Agamemno, Choephori, Eumenides, et Proteus Satyricus. Schol. Aristoph. ad Ran. p. 263. πρῶτον δέ μοι τὸν ἐξ Ὀρεστείας λέγε. Schol. Τετραλογίαν φέρουσι τὴν Ὀρεστίαν αἱ διδασκαλίαι· Ἀγαμέμνονα, Χοηφόρους, Εὐμενίδας, Πρωτέα Σατυρικόν. Ἄριχος καὶ Ἀπολλώνιος τριτολογίαν λέγουσι χωρὶς τῶν Σατυρικῶν. Hinc liquet falli Casaub. Animadv. ad Athen. p. 624.: *sic laudatur Sophoclis* Ὀρεστεῖα *vel* Ὀρεστιάς; quae Aeschylo tribuenda sunt. — In Ranis Aristophanis p. 271. Schol. ἔστι δὲ κῶλον ἐκ χοροῦ, ὡς ἀνέγνων ἐν Ἀγαμέμνονι δράματι Αἰσχύλου. Nempe respicit ad versus Agamemnonis 103 et 104. Chorus Agamemnonis e quindecim personis constat. Schol. Aristoph. ad Equites, p. 323., e quindecim mulieribus: συνειστήκει δὲ ὁ χορὸς ὁ μὲν κωμικὸς ἐξ ἀνδρῶν ἤδη καὶ γυναικῶν· ὁμοῦ δὲ καὶ ἐκ παίδων κδ', ὡς καὶ οὗτος ἀπηρίθμησεν ἐν Ὄρνισιν· ἄῤῥενες μὲν ὄρνις ιβ', θηλείας δὲ τοσαύτας· ὁ δὲ τραγικὸς ιε'· ὡς Αἰσχύλος Ἀγαμέμνονι.*)

Vide Hesychium Αἰώρα, ἑορτὴ Ἀθήνησιν, ἣν οἱ μὲν ἐπὶ τιμῇ — οἱ δὲ ἐπὶ Κλυταιμνήστρας καὶ Αἰγίσθου. — De relicto Clytaemnestrae Cantore ab Agamemnone, eoque procul rejecto ab Aegistho cf. Sext. Empir. adv. Mathem. I. p. 128. — Aristoteles περ. Θαυμ. ἀκουσμ. p. 108.: apud Tarentinos festum Agamemnoniadis, ἐν ᾗ νόμιμον εἶναι ταῖς γυναιξὶ μὴ γεύσασθαι τῶν ἐκείνοις θυομένων. — Pausan. II. p. 115, 116. οὐκ ἔχω σαφῶς εἰπεῖν, πότερον αἰκίας ἦρξεν Αἴγισθος,

---

*) Item Sch. Eum. 575. H.